



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Hermenegildus M. 13. Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

13. April. VITÆ SANCTORVM. 191  
sanguine stetit. Nam cùm crescentem vitâ & disciplinâ Cynicum, ignorantia hominis multoqué magis caninâ impudentiâ offensus, publicis congressibus vicisset, ea res scilicet canem illum ad vindictam inflammativit. Nulla ratio perdendi JVSTINI aptior visa, quâm si ut Christianum allatrasset. Exosum id nomen iterum esse cœperat & capitale. Ergo structæ D. JVSTINO insidiæ haud sanè nolenti; captus rogatusque Christianusne esset; affirmavit. desererentne sua sacra; renuit. mortem subiret; voluit; id Christo mortalium severo judici gratum, sibi utilissimum fore affirmans; ac mox cervice securi subjectâ, vitam perdidit, perditurus, nisi perdidisset. *Ex Surio & Baron.*

*Si unus omnium ad vitam introitus & similis exitus diligenter attenditur, varietas illa, quæ versatur in medio, necesse est, ut tanquam volax fugacis somnii vanitas contempnatur.* B.Dam.l.7.Ep.5.

### S. HERMENEGILDUS M.

13. Aprilis.

**O**stendit HERMENEGILDVS, quando tandem negare obedientiam parentibus, etiam cælo arridente, liceat. Cum enim patrem haberet Leo-vigildum VVsigothorum Regem, & hæresi Ari-tianæ oppidò addictum, ipse saniorem fidem à Præfule Leandro didicit. Sed veritas etiam apud parentem odium peperit. Hic enim cùm laudibus debuisset, ferro filium oneravit, & anno libertatis Christianæ D.LXXXIV.in carcerem dedit. HERMENEGILDVS, ut monstraret, quâm non pensi regnum haberet, humanis rebus omnibus se abdicavit, purpuram cum cilicio mutavit, tempus omne inter vota ac supplicia transegit, demum è carcere

carcere templum fecit. Subinde ipsâ sacri Pascha tis nocte captivum à parente subornatus Pseudoeiscopus adit, & ad facerrimam scilicet mensan invitat : sed HERMENEGILDVS fidenter negat se in potestate futurum, etiam in vinculis Catholicae libertatis memor. Eapropter irâ successus Leovigildus, cum religione patrem etiam exuit, ejusque imperio cadit filius securi caput diminutus, pulcherima Paschæ victima, sed non à parente danda. Cæterum Martyrem continuo è calo voces laudârunt, & delapsæ indidem lampade exornârunt. Mox etiam piis manibus parens impius morte suâ parentavit, adductis post ad Catholicam Fidem omnibus VVifigothis. Ita pietas quam decollasse in HERMENEGILDO impia haec putavit, toto regno caput extulit. Ex S. Grig. M.l. 3. Dial.

*Melius est contristare parentes, quam contristare Dominum JESVM. Hic enim nos creavit & salvauit illi sape suos amando perdiderunt. Ne te moveant tumrum lacrymæ, ne tu tibi ipsi eternas lacrimas parias.*  
S.Clim.Grad.3.

## S. THOMAIS M. 14. Aprilis.

**N**ata est THOMAIS Alexandriæ, à parentibus benè ac pudicè educata, & demum nuptria tradita, ut antè Virginibus, sic Matronis postea præluxit. Sed raro castitas inter multos habitata. Ausus est sacer, cuius in domo cum marito degebat, omnis juris atque adeò pietatis in filium oblitus, conjugalem in nuru fidem tentare. Cohorruit illa ad tam infanda, & monitis precibus lacrimas addidit. At ille, cui pudorem non potest, vitam extorquet, mediamque, non audit.

14. April.  
auditâ.  
dex Nu  
multav  
volunt  
pudicit  
tem Su  
derit? i  
esse an  
nis, qu  
le clar  
tem or  
tiare. E  
cumqu  
tumulu  
nis, Asy  
pidine  
puer o  
Qu  
toties po  
fixus es  
nescis c  
te. H

L vi  
à cælo  
exami  
mini j  
illa de  
mantil  
solus a  
los lec  
unâ re